

quest. 64. numero 20. Schroderus in tractat. feud. parte 9. cap. 9. numero 20. Rosenthal. in synopf. feud. cap. 10. conclusio. 14. numero quarto, Grassus libro primo recept. sentent. §. testamentum, quest. 42. numero secundo. Borcholt. in tractat. de feud. cap. 8. num. 132. Clingius ad tit. Instit. de exheredat. liber. vers. potuit quoque, & ibidem Schneidevvin. num. 15. Simon de Præti libro tertio, de interpretat. vltim. vol unt. interpret. 1. dubitat. 6. solutio. 2. numero quinto. Corasius libro tertio, de iur. arte. cap. 8. Fachineus libro sexto, contr onerf. iust. cap. 78. Euerardus in Topic. legal. loc. ab except. ad regul. numero 8. Menoch. de arbitr. iudic. questio. libro secundo, cent. 2. cap. 130. numero quarto, & centur. 3. casu 267. numero sexto. D. Bocer. class. 3. disp. 3. the. 44. ad litteram B, edit. 2. Mathias Stephani centur. 2. quest. 66. littera B, Paulus Bufinus ad rubr. ff. de liber. & posthum. hereditibus institut. numero quarto. Ludouicus Schvvarnmaier. libro primo, miscellan. iur. cap. 5. in fine. Hæmon. disput. 7. controuers. 44. Hackelman. questio. illustr. disput. 6. the. 10. & disput. 16. the. 14. littera A, Speckhan. centur. 1. quest. 96. num. 6. Sichardus, & Gilkenius numero 15. in Authent. non licet C. de liber. præterit. Thadeus Pifio libro secundo variar. resolut. cap. 9. nu. 7. & plures alij, ab ijs annotati.

Atque hæc opinio licet frequentioribus Doct orum suffragijs sit confirmata; ac proinde ab ea in prædi ca non esse recedendum Clarus hic asserat : contrarium tamen veritati 43 (cui ¶ semper tenaciter ad hæredendum, & pro qua, tanquam pro anima, pugnandum. Alemannus consultat. 9. pag. 972. sub fin.) propius accedere videtur. Primo enim in dict. Nouell. 115. cap. 3. Iustinianus perspicue constituit; præter quatuordecim causas istas, nulli licere ex alia lege ingratitudinis causas apponere, nisi quæ in eiusdem constitutionis serie nominatim, & expressè contineantur. Certi autem iuris 44 est, sermonem ¶ vniuersalem, maxime qui negatiuis conceptus est verbis, vniuersaliter intelligendum esse, l. si is, qui ducenta. 13. §. v. rum ita 3. ff. de reb. dub. l. si necessarias 8. §. si annua 3. ff. de pignoratis. act. Secundo, quia ¶ exceptio confirmat regulam in casibus non exceptis, l. questum 12. §. denique Neratius 43. ff. de institut. & instrument. legat. l. i. ibique Decius numero 21. ff. de reg. iur. Atque regula est, quod parentes teneantur liberos suos hæredes instituire : cuius exceptiones quatuordecim subiunguntur a Iustiniano in dict. Nouell. 115. capit. 3. Ergo hæc confirmant regulam in casibus non exceptis; ac consequenter aliæ, ceu idoneæ & sufficientes, non sunt admittendæ. Et quamuis quidam ex dissentientibus respondeant; non censeri alias & diuersas causas ab his, a Iustiniano recensitis, quæ parem cum illis rationem habeant : exceptionem quoque confirmare regulam in casibus non exceptis; sed casus similes, & eadem ratione subnixos non excludere : attamen id tum demum procedere videtur, quando non aperto constat, legumlatorem voluisse eos quoque excludere casus, qui pari ratione nituntur. Id autem voluisse Iustinianum, vel inde clarescit, quod cum propositum habuerit omnes causas dignas referre, ac simul prohibuerit alias, præter nominatim a se illic recensitas, admittere; voluerit etiam ratione subnixas alias excludere : id quod verba Imperatoris in manifesto satis significant. Sic enim scribit : Sed quia causas, ex quibus ingrati liberi debeant iudicari, in diuersis legibus dispersas, & non aperte declaratas inuenimus : quarum aliqua nec dignæ nobis ad ingratitudinem visæ sunt : aliqua vero cum essent dignæ, prætermisissæ sunt : ideo necessarium esse perspeximus, eas nominatim præsentem lege comprehendere : vt præter ipsas nulli liceat ex alia lege ingratitudinis causas opponere, nisi quæ in huius constitutionis serie continentur.

46 Tertio, quia ¶ valde absurdum est : si, cum Iustinianus modo recitatis verbis profiteatur, si causas, ex quibus liberi ingratu iudicentur, in diuersis legibus dispersas, & non aperte declaratas, quarum aliqua nec dignæ eidem ad ingratitudinem viderentur, aliqua vero, quæ dignæ erant, tamen prætermisissæ essent, eo consilio sua lege comprehendisse, ne amplius dubitandi occasio esset, aut aliæ causæ admit terentur : nos priuata interpretatione deliberationem ipsius Imperatoris subuertere velimus, pro quatuordecim causis alias infinitas in-

ducendo, & legem quodammodo circumueniendo. l. contra. 29. cum l. sequenti, ff. de legibus. l. non dubium 5. Cod. eodem. 47 Quarto, quia ¶ in illis, quæ formæ nomine sunt a lege præscripta, nil quicquam mutare licet, etiam si maior ratio in casu omisso interueniat, argumen. l. si pupillorum 7. §. si prætor. 3. ff. de rebus eorum qui sub tutel. vel cura sunt, &c. vbi tutor, cui permissum est vendere prædium pupillare, non potest hoc oppignorare, & l. fin. Cod. de prædijs decurion. sine decret. non alien. vbi Curiales prædia sua donare sine decreto possunt : sed vendere non possunt. Atqui causæ exheredationis in dict. Nouell. 115. cap. 3. enumeratæ, pertinent ad formam exheredationis, vt patet ex d. centur. 3. §. vltim. versic. si autem hæc obseruata non fuerint, &c. Igitur mutari non possunt; nec aliæ 48 ibidem non expressæ admitti debent. Nec mouet, quod ¶ ad hæc rationem a nonnullis respondetur : in adscriptione quatuordecim exheredationis causarum, prout verbis conceptæ sunt, non consistere formam exheredationis; cum causæ istæ quatuordecim non ex verbis, sed ex ratione mentiendæ sint; id quod demonstrant duæ illæ considerationes, quas Iustinianus in consilium adhibuerit; quarum prima est, ne liberi falsis accusationibus condemnentur, vel aliquam circumscriptiorem in parentum substantijs patiantur; altera vero, vt parentes & filij a testatorum iniuria liberi redantur; dicta Nouell. 115. capit. 3. §. vltimo, versicul. si autem hæc obseruata non fuerint, &c. Et capit. 5. in principio. Etenim quod causæ istæ quatuordecim a Iustiniano enumeratæ, ex verbis, & non ex ratione debeant estimari, satis arguit, quod Iustinianus ait, præter nominatim ibi recensitas non esse alias admittendas; & quod omnes idoneas causas nominatim recensere voluerit. Nec obstant rationes, quas Imperator in consilium adhibuisse, ac perpendisse perhibetur. Nam idcirco, ne qua liberis iniuria fieret, neve aliquam circumscriptiorem in substantia parentum sentirent, voluit Imperator causas exheredationis iustas, & idoneas ad vnam omnes nominatim comprehendere, quo omnem liberos circumscribendi occasione præcederet.

49 Quinto, quia ex vtriusque iuris textibus relucet, odia ¶ non esse interpretatione adiuvanda, aut extendenda; sed potius restringenda, leg. si præses 32. & leg. interpretatione 42. ff. de penis capit. odia. 15. & cap. in penis 49. de regul. iurand. in 6. Exheredationem autem esse odiosam, liquido constat ex legum quidam 19. Cod. de liber. & posthum. hereditibus institut. Ideoque omnino dicendum est; nullam esse nostram in casu extensionem admittendam. Denique hanc sententiam recentiores Interpretes plerique defendunt, Franciscus Connan. in commentarijs iuris ciuili capitulo 10. numero sexto Viglius in §. fin. numero octauo. Instituit. de exheredat. liberor. Fichardus consilio 46. num. quinto, volum. primo. Treutler. disputatio 13. the. 8. volum. 1. Dn. Obrecht. disput. 24. the. 752. cum sequentibus. Theodorus Marcellus in §. primo, Instituit. de inoffic. testament. Foster. Junior. libro secundo disputat. 22. the. 28. Arumæus Exercit. 10. the. 3. Andre Gerhard. decad. 8. questione septima. Vvegener. disputatio. the. 5. ad litteram F, & in coronid. Claudius in tracta. de i. quest. capitulo quarto, numero 39. & capit. 4. numero 10 cum sequenti. Paulus Berenes disputat. 6. ad Instituit. them. quest. 1.

50 Huic sententiæ non obstat hoc argumentum : Ex ¶ quibus causis filius potest exheredari, ex iisdem etiam potest vasalli feudo priuari. capit. 1. §. 2. versic. prædictis modis. Quæ sunt prima caus. benefic. amit. libro secundo, Feudor. tit. 24. A in priuatione feudi possunt istæ causæ ad pares, vel grauiori emergentes extendi, vt ibidem Feudista docet. Ergo in exheredatione filij idem licebit. Hoc, inquam, argumentum non obstat. Siquidem ideo vasallus ob similes etiam, vel grauiori causas feudum amittit; quia isthæc, extensio in visibus feudorum specialiter est permilla. Ceterum in nostro themate talis extensio iure ciuili est nominatim prohibita. dict. Nouell. 115. cap. 3. vbi Imperator absolute, & præcise loquitur, & omnes alias causas, præter illas quatuordecim, excludit. De Reliquis, quæ huic decisioni aduersari videntur, videantur, qui annotauimus ad §. fin. Instituit. de exheredat. liberor. num. 74. & seqq. Harprec.

Ex

d Ex alijs causis.] Adde, quod potest exheredari filius etiam, qui patrem infirmum non bene curat, vel ad perfectionem; vt quia aut medicum, quæ habere potuit, haud conduxit, vel si conduxit, haud conduxit bonum, cum bonum & peritum medicum habere potuerit. Item, si ei alimenta denegat petita, cum alere eum potes teneatur; de istis causis, vide per Ang. de Aret. in §. alio quoque, sub numer. 4. Instit. quibus. mod. test. infir. numer. 5. vbi tractat, an & quando filius ingratus valeat capere hereditatem patris, qui illum instituit hæredem. Giach.

e Dotare.] Quod sic, 3 Angel. de Aret. in §. 1. Instituit. de nupt. nu. 5. Giach. f Commisit.] Nunquid filia clam contrahens matrimonium possit a patre exheredari? quod sic, vide per Duen. reg. 373. & hoc adde ad Auth. sup. eod. in ver. sed quid si filia. Giach.

g Nunquid talis filius, postquam factus est furiosus, poterit a patre exheredari.] Quod ¶ furiosus ex iusta causa ingratitudinis, ante furorem commissa, exheredari possit, post Bartolum hic relatum, tradunt Ferdinandus Vasquius de successione. creat. §. 21. num. 256. & §. 17. num. 113. de success. progres. Michael Grass. lib. 1. recept. sent. §. testamentum, quest. 42. nu. 13. & Thadeus Pifio lib. 2. var. resolut. c. 9. nu. 10. Harpre. l. Resp. quod sic.] Contrariam huius lib. 1. opin. nu. 131. vide Tirag. tract. de pecul. caus. 3. Gouan.

i Egit viuo ipse patre penitentiam ante testamentum ab eo conditum.] Quanquam ¶ communiter existimant Doctores, ingratitudinem commissam tolli, neque causam prebere exheredationi, si filius viuo patre, & ante testamentum ab eo conditum, penitentiam illius criminis egerit, vt post Clarum nostrum & alios, docent Grass. d. qu. 42. nu. 9. cum seq. & Pifio d. c. 9. num. 8. contrarium tamen verius non sine ratione videtur. 53 Tum quia ¶ penitentia, post delictum patratum,

etiam exheredari in alijs causis, quæ sint similes vel maiores illis 14. expressis : puta, quia fuerit proditor patriæ, vel huiusmodi. Ita dicit Guliel. de Cum. in Auth. non licet, C. de lib. præter. & est communis conclusio, vt dicit Alex. in d. Auth. non licet, nu. 4. Guliel. de Bened. in 1. part. repet. cap. Raynutius, fol. 211. num. 19. Ias. in d. auth. non licet, nu. 6. quem refert Curt. iun. ibi post num. 23. vers. circa istud, & Crocius conf. 115. nu. 19. lib. 2. Curt. iun. conf. 182. nu. 10. & Ripa in rubr. de iud. nu. 20. & licet disputado multa dici possent, tamen in practica non esset ab hac opinione recedendum.

7 Quæro etiam, quid si pater sit dilapidator, & prodigus, numquid poterit mater ex ea causa filium exheredare, ne scilicet hereditas quæratetur patri saltem quo ad usum fructuum, & ab eo dilapidetur? Respon. quod sic, dummodo instituat aliquem alium, qui, postquam filius sit effectus sui iuris, ei hereditatem, vna cum fructibus restituat. Ita dicit Guil. de Cuneo in d. auth. non licet. Cuius opinio communiter tenetur, vt ait Gulielm. de Bened. in 1. par. repet. c. Raynutius, fol. 211. nu. 128. Talis n. exhereditatio censetur facta bona mente, & ad beneficium ipsius filij, vnde merito sustinetur.

8 Sed pone, filius commissit aliam quam ingratitudinis causam, propter quam iure, ac merito poterat a patre exheredari; deinde correptus est furore, numquid tollis filius, postquam factus est furiosus, poterit a patre exheredari ex illa causa ingratitudinis, per eum ante furorem commissam? Respon. quod sic. Ita tenet Bart. in l. ex facto, num. 19. ff. de vulgar. & est communis opinio, vt dicit Ias. in d. l. ex facto, post num. 29. Quæ tamen opin. mihi semper visa fuit dura. Videmus enim, quod furiosus non potest puniri pro delictis ante furorem commissis, vt dixi infra lib. 5. §. fin. quest. 60. versic. item quæro. Et licet aliqui dicant, quod potest puniri pena pecuniaria, licet non pena corporali; ego tamen contrarium credo esse verius, vt ibi dixi, ad l. fin. §. sed cum antiquitas, C. de cura furios. & similes, quæ allegantur pro communi opinione, quod posset forte responderi, quod ad sui beneficium, vel nepotum ex eo genitorum, vtrique potest furiosus exheredari, vt in simili dixi supra versic. Quæro etiam, non autem in eius odium. Et ita aliquando dicebam aperte colligi ex l. penult. §. & maxime, ff. de curat. furio. & si casus contingeret, de facili inclinarem in hanc sententiam, quæ mitior est, & æquior.

9 Præterea quæro; Pone filius post commissam causam ingratitudinis, propter quam poterat a patre iuste exheredari, egit i. viuo ipso patre penitentiam ante testamentum ab eo conditum; numquid poterit ex illa causa postea a

patre

ferit exheredationem: & hoc casu sequi non posse exheredationem: an subsecuta fuerit: & tunc exheredationi locum esse contendunt. Lancellot. & Purpurat. in l.vltim. C. de pact. Alij denique alias distinctiones afferunt, vt Couar. in cap. Raynutius. 16. in princ. num. 17. extr. de test. Paulus Badius ad rubr. ff. de liber. & posthum. heredib. instit. num. 7. & Vasquez lib. 3. de success. creat. §. 30. num. 201.

Mihi Battoli, & eius affeclarum sententia, supra secundo loco relata, haud absque ratione euidenter aridet: quod videlicet in proposito casu exheredatio simpliciter locum non habeat. Est etenim exheredationis ille praecipuus finis, vt iniuria parenti facta, ea vindicetur: & liberi obediētes ab inobediētibus quasi separentur: cum obediētes parentum hereditatem suis obsequijs magis sibi confitent: inobediētes vero se illa indignos faciant. Ideoque cessante exheredationis causa, quae scilicet in iniuria parenti illata consistit: & ipsam exheredationem, tanquam effectum, cessare necesse est, argum. l. adigere. §. 6. quamuis ff. de iur. patronat. leg. i. in princip. C. de latin. libert. toll. cap. cum cessante. 60. extr. de appellat. Deinde culpa expressio in testamento nominatim facienda est a testatore. d. Nouell. 115. capit. 3. in princip. & §. si quis de praedictis. 14. versic. siue igitur, & capit. 4. §. si tales. At culpa hic exprimi nequit: quia remissa est; adeoque pro non culpa habetur. §. fin. Instit. de iur. Accedit textus in d. l. 3. vltim. iuncta l. seq. ff. de adimend. vel transferend. legat. vbi dicitur, si inter legatarium, & testatorem inimicitia extorta fuerint, eaque postmodum remissa, legatum deberi. Ergo multo magis hereditas filio debetur, si iniuriam parens ei remisit: cum facilius liberis parentes quid condonent, eosque maiori amore prosequantur, quam legatarios, vt plurimum extraneos, & non tam arcto vinculo ijs coniunctos: cum & liberis alias ratio naturalis, quasi tacita quaedam lex, parentum hereditatem deferat. l. cum ratio. 7. ff. de bon. damnator. Praeterea nonnullam voluntatem sequendam esse, rescriptis Alexand. Imp. in l. in ipsius mariti. 5. C. famil. ercisc. Atqui isthaec nouissima est patris voluntas, ne filius exheredetur. Quod licet scriptura probari non possit: quia tamen alijs rationibus doceri nihil impedit, nimirum iniuriam remissione, & quia talia merita liberorum deprehenduntur, ex quibus parentum ita mitigari queat. d. l. 5. C. eod. merito aequitati consentaneum esse affirmatur; filium, non obstante exheredatione, paternam hereditatem nostro in casu sibi vindicare posse.

Decisioni tamen huic non repugnat textus in d. l. filio, quem pater. 23. ff. de liber. & posthum. heredib. instit. vbi Papinianus scripsit, quod si filius exheredatus emancipetur, deinde iterum per adoptionem in patris potestate redigatur, ei nocere exheredationem. Nam quomodo exheredatio huic filio noceat, Papinianus non declarat. Quare supplendum & interpretandum est, vt noceat quoad denegandam bonorum possessionem contra tabulas: item quoad ius dicendi nullum denegandum; non autem quoad excludendam inofficiosi querelam, quemadmodum vberius explicat Fernand. Vasquius lib. 7. controuerf. illustr. cap. 106. num. 23. Harprec.

K Exheredari. ] Et quod reuocetur praecedens ingratitudo per subsequentem notabilem gratitudinem, dixi sup. Giach.

I Ita dixit Alexand. ] Adde Eman. à Cost. l. cum tale. §. si arbitrari. num. 189. ff. de condit. & dem. Soar. volum. 1. commun. opin. in verb. exheredatio, & quid si inter patrem & filium post exheredationem secuta sit reconciliatio, vide Gerard. fin. 3. Inst. Auth. non licet. C. de lib. praet. vide Couar. in §. Raynutius num. 17. Gouean.

m Posthumus. ] Sed quid si exheredatio simpliciter facta

sit de posthumis, an comprehendat posthumos ex futuro matrimonio? vide & dic, vt per Angel. de Aret. in §. posthum. institut. de exhered. liber. numero 3. Castrenf. consilio 28. Giach.

Nunquid secundum ius nouissimum posthumus possit à patre exheredari. ] Quamquam multi existimant; posthumos hodie non minus, ac olim, exheredari posse, Franciscus Connan. lib. 9. comment. iur. ciu. cap. 10. Alciat. libr. 4. paradox. cap. 10. Donell. in auth. ex causa. C. de lib. praeterit. & lib. 6. Commentar. de iur. ciu. capit. 13. ibique Hiliger. in suis notat. ad lit. E. Vasquius de successione. creat. lib. 2. §. 20. part. 3. requisit. 29. declarat. 3. num. 191. D. Bocer. class. 6. disput. 39. the. 32. edit. 2. Iul. 1. ac.

Uterius quæro, nunquid secundum ius nouissimum posthumus possit a patre exheredari? Resp. quod non. Ita tenet gl. in l. maximum vitium. in glos. pen. C. de liber. praeter. & est communis opin. vt dicit Zuccar. in repet. l. posthumo. nu. 29. C. de contra tabul. Cum enim posthumus non potuerit aliquam ingratitudinis causam committere: necessario fatendum est, illum a patre exheredari non posse.

cent. 5. quæst. 86. Andreas Gerhard. decad. 8. quæst. 6. Duaren. ad tit. ff. de inoffic. testamēt. cap. 6. Schickhardus disput. 8. thes. 1. quæst. 6. Arumaus Exercitat. Instit. 10. th. 6. Matthias Stephani cent. 2. quæst. 67. ad lit. A. Hænon disput. 7. controuerf. 16. Treutler. vol. 2. disput. 11. th. 1. lit. F. Cramer. diceptat. 12. post. 6. Schroterus diatrib. demosticar. decad. 5. quæst. 4. & alij; contrarium tamen, tanquam verius & æquius, amplexi sunt, vltra Clarum hic nostrum Doctores plerique, Accurs. & ceteri in l. si quis 33. §. legis 1. super verbo existimari C. de inoffic. testamēt. Michael Grassus lib. 1. recept. sentent. §. testamētum, quæst. 42. num. 14. Cuiacius ad l. placet. 4. ff. de liber. & posthum. hered. instit. Petrus Gregorius lib. 44. syntagmat. iur. vniuers. cap. 3. num. 5. & 17. Loriot. in tractat. de exheredat. axiomat. 7. & 8. Hachkelman. quæst. illustr. disput. 6. th. 4. lit. A. Schneidevvinus in §. posthum. 1. numer. 1. Instit. de exheredat. liberor. Borcholt. ibidem num. 4. Petrus Heigius num. 5. Mynsinger. num. 8. Viglius numer. 9. Nonius num. 13. Vultcio num. 14. & plures alij: quibus nouissime ad stipulatur Erasmus Vngespaur. Exercit. lustin. 12. quæst. 1.

Hæcque sententia hoc potissimum fundamentum nititur; quod nulla exheredatio sine elogio, id est, appositione, & probatione causæ ingratitudinis procedit. d. Nouell. 115. cap. 3. in princip. & §. vltim. vers. siue igitur omnes, &c. Vbi prohibentur parentes filios suos quoscunque, sicque etiam posthumos (siquidem hi nomine liberorum comprehenduntur. §. fin. Instit. qui testamēt. tutores dari possent. & l. nomen filiarum. 164. ff. de verb. significat. maxime quando de commodo ipsorum agitur. l. qui in vtero. 7. & 26. ff. de statu hominum. l. quod dicimus. 23. ff. de verb. significat.) sine nominata ingratitudinis causâ exheredes in testamento suo facere. Atqui elogium, siue ingratum vitium posthumo adscribi neutiquam potest, argum. d. l. si quis 33. §. 1. C. de inoffic. testamēt. Si ergo posthumus de facto exheredatur; exheredatio ista vt simpliciter contra legis formam facta, pro nulla habetur. argum. l. nō dubium. 5. C. de legib.

Non aduersatur huic sententiæ, quod tamen olim posthumus exheredari potuerit, l. posthumi 3. ff. de iniust. rupt. iur. fact. testamēt. l. posthumus 14. in princ. ff. de lib. & posthum. d. §. posthumi. 1. Instit. de exheredat. liber. vbi tamen non minus opus fuit causæ expressione, quam hodie. l. cum ratio. 7. in princ. ibi, nisi meritis de causis, ff. de bonis damnator. Nam respondetur; olim quidem sine causâ exheredationem fieri nō potuisse: verum hodie hoc amplius diffusum esse, vt non quælibet causa ad exheredationem sufficiat, sed causa iusta, ac determinata, & specialiter testamento inserta, eaque ab herede probata esse debeat: cum olim non ita, quemadmodum hodie, causâ determinatâ fuerint. d. Nouell. 115. capit. 3. vbi duntaxat 14. referuntur ingratitudinis causæ: ex quibus cum nulla posthumo adscribi queat; consequens est, illum hodie exheredari nequaquam posse. Idque explanari ostendi in d. §. 1. Instit. de exhered. lib. num. 11. & seqq. Harprec.

QVÆ-

QVÆSTIO XLII.

S V M M A R I A.

Ex Claro.

- 1. Testamentum, in quo filius est prateritus, est ipso iure nullum.
2. Quid in emancipato.
3. Et quid in testamento militis.
4. Et quid in filiis naturalibus.
5. Et quid in legitimatis.
6. Et quid in filia femina.
7. Et quid si sit exclusa a statuto.
Ex Additionibus.
1. Heredis institutio caput, & fundamentum testamenti.

ADDITIONES.

Filius. ] Quid de nepote? Dic, quod testamentum prateritione nepotum est nullum, non obstante clausula codicillari: vt dixi in colle. mea commu. opin. verbo testamētum num. 12. Giach.

Filius est prateritus. ] Hic scias, quod sicut est triplex institutio, ita est triplex prateritio, atque triplex exheredatio. Vide de his per Ang. de Aret. in §. si. Instit. de exher. lib. Et de testamento nullo ratione prateritionis vide Riminaliun. conf. 78. Giach.

Testamentum, in quo filius est prateritus, est ipso nullum. ] Quia heredis institutio est caput ac fundamentum totius testamenti. §. ante heredis. 34. Instit. de legat. idcirco conuenienter dicitur, testamentum, in quo filius familias nominatim non est institutus, vel exheredatus, plane inutile esse, ipsoque iure nullum l. 1. ff. de iniust. rupt. iur. fact. testam. l. 3. §. vltim. l. si filius, 7. & linter cetera. 30. ff. de liber. & posthum. heredib. instit. l. vlt. circa fin. C. de liber. praeterit. & initio tit. instit. de exheredat. liberor. Eiusque ratio non obscura est: quia liberi, si in potestate constituti, suo quodam iure hereditatem parentum sibi vindicant: ita quidem vt alio, quam heredum titulo, honestius appellari nequeat.

Reputantur enim, viuo adhuc patre, quodammodo heri, id est, domini rerum paternarum: & patre defuncto, dominium in eos de nouo non transfertur, sed continuatur. l. in suis. 11. ff. de liber. & posthum. heredib. instit. Proinde lex voluit, vt pater istam dominij continuationem exheredatione interrumpere, illudque filio familias ante nominatim auferret, quam alteri per institutionem tribueret: propterea, quod si duo vnus rei domini vel possessores in solidum esse non possent. l. si vt certo. 5. §. si duobus, 15. ff. commodat. quod alias hic contingeret. Nam & filius esset rerum paternarum dominus, auctoritate legis. d. l. in suis. 11. ff. de liber. & posthum. heredib. instit. §. sui autem 2. vers. sed sui quidem. Instit. de hered. qualit. & different. & item extraneus à patre institutus, tradentibus Nonio nu. 1. Mynsingero

Et hæc quidem conclusio sine cotrouersia procedit in filio emancipato. ] Vide etiam istam distinctionem totam per Ang. de Aret. in §. sed hæc quidem. Instit. de exher. liber. sub num. 3. Giach.

Sed quid in emancipato. ] De liberis emancipatis contro-

- 2. Testamentum, in quo filius familias est prateritus, ipso iure nullum.
3. Cur filius familias vel instituendi sint, vel exheredandi.
4. Duo vnus rei domini, vel possessores in solidum esse non possunt.
5. Testamentum, in quo non est institutus filius familias, nullum censetur, licet filius ante patrem moriatur.
6. Quod ab initio vitiosum est, tractu temporis conualescere nequit.
7. An in emancipatis ius verus, quod eos praterire permittit, hodie sit sublatum.
8. Nunquid filij naturales prateriti possint testamentum dicere nullum.
9. Quid obtineat in legitimatis.
10. At quid, si filia exclusa sit a successione per statutum.

num. 4. & Vultcio num. 15. ad princip. tit. Instit. de exheredat. liber. item Michael Grasso libro. 1. receptar. sentent. §. testamentum, q. 35. num. 2. Adeo tamen testamentum, in quo filius familias neque institutus, neque nominatim exheredatus, sed prateritus est, inutile siue nullum existimatur: vt etiam si

alij heredes sint instituti, & filium ante patrem mortui contingat, tamen testamentum non conualescat, & nemo hæres ex eo testamento existeret queat. d. instit. verfic. adeo quidem. Instit. de exhered. liber. d. l. si filius 7. ff. de lib. & posthum. hered. instit. idque

propter triam iuris regulam, qua dicitur, quod ab initio non valet: seu vitiosum est, non posse tractu temporis conualescere. leg. quod initio. 29. & l. que ab initio. 21. o. ff. de regul. iuris. l. 1. ff. de reg. Canoniana. Harprec.

Intellige prateritum, &c. ] Idem dicit, si aliquid relictum sit filio, vel filia, alio titulo quam institutionis: quia eum dicitur prateritus. Vide de his etiam per Dec. in consil. 105. col. 1. per l. ita tamen. §. quis rogatus ff. ad Trebell. & praterita quæ tradunt Ang. Bald. Rom. Sig. &c. quæ haud tranferri bo, ne margo nimis one-retur. Illos ideo videto. Giach.

In filio in potestate. ] Sed quid est conuerso, si pater sit prateritus vel exheredatus à filio: vt de per Ang. de Aret. in §. si sub nu. 4. Instit. de exhered. liberor. Giach.

In emancipato. ] Vide etiam istam distinctionem totam per Ang. de Aret. in §. sed hæc quidem. Instit. de exher. liber. sub num. 3. Giach.

Sed quid in emancipato. ] De liberis emancipatis contro-